



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

Nádasi, János

Romæ, 1657

P. Franciscus de Mendoza.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44029

elatus est; vt exploratorum,
diligentiam, & artes effuge-
ret, morte per vitam ita sē-
per afflictā productā in ob-
sequium animorū: id quod
per annos 24. est nauiter e-
xecutus.

P. Franciscus de Mendoza,

Hic anno 1621. 17. Iunij
Societati adscriptus, postea
cū in Mindanao Philippi-
narum Insula Mahometanis,
ad Christum reducendis in-
sudaret, illorum insidijs in-
terceptus, & per plura vul-
nera peremptus est: minatis
id antea barbaris; ei qui ad
fidem prædicandam istuc
uenturus dicebatur, se cla-
uas suas in pectus illifuros,
& animam elifuros. Quidam
frustulum è Patris zonâ in
aquam intinxit, & aquâ
illâ epotâ grauem mor-
bum.

*Lusitan^o.
in Philip-
pinis .
7. Maij.
1642.
ætat. 40.
Soc. 21.*

Fides.

bum discussit.

P. Gonzalus Cardoso.

*Lusitan⁷.
in Aethio-
pia.
22. Maij.
1574.*

*Mons pre-
dicta.*

Anno 1556. Goam, inde
cum P. Andrea Quiedo &
socijs anno 1557, in Aethio-
pam appulsus: per multas
ærunnas, per studiosè præ-
alijs erudiebat monachos à
schismate deprauatos. Pe-
riculis delectari videbatur,
& esse magnes voluntatum;
quas mirà dexteritate tra-
hebat à dissensionibus ad a-
morem. Cum P. Francisco
Lupio ad pagum quempiam
itinere dierum quindecim
profecturus, obedienter ac
hilarè se ire dixit; at prædi-
xit se inde minimè rediturū,
imò eò ne peruenturum qui-
dem. Per iter, affirmavit
Lupio; mortem sibi proxi-
mam imminere: illumque
impensè rogauit; vt seipsum

in